UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Index Veritatvm In Singvlos Dies, Primæ Partis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

Visual Library

# INDEX VERITATVM IN SINGVLOS DIES, PRIMÆ PARTIS.

## DOMINICA PRIMA ADVENTUS.
### *Ad Evangelium de extremo judicio.*


Nemo Chriſtianus Chriſti judicio condemnabitur, niſi qui prius ſuo Chriſtum judicio condemnaverit. pag. 1.
Primus Chriſti Adventus mundano tam timendus quàm ſecundus.
Tam formidandum Mundo præſepe Chriſti naſcentis, quàm Tibunal judicantis. 3
Nihil in futuro judicio magis metuendum peccatori, quàm quòd minùs metuit. 7
Sicut ad ſecundum Chriſti Adventum renovabitur mundus, ita modo animus noſter æquè eſt renovandus. 8

*Hac hebdomade in conſiderationem veniunt eæ Perſonæ, quæ propiùs ſpectant & attingunt Myſterium Incarnationis Chriſti Domini.*

FERIA 2. *De Æterno Patre Flium nobis dante.*
Sic Deus dilexit Mundum, ut ſic Mundus diligeret Deum, ſicut dilectus eſt. 9
FERIA 3. 4. *De Filio ſeipſum offerente.*
Quam in ſe attrahit gratiam qui ſe Deo libens offert, eamdem ſibi detrahit qui quod offert, non reddit. 11
FERIA 4. *De Spiritu ſancto, quantùm ad operationem Myſterii Incarnationis.*
Nulla in re frequentiùs Spiritui ſancto reſiſtitur, quàm quòd infrequentiùs de Chriſto cogitatur. 13
FERIA 5. *De deſiderio Sanctorum Patrum circa Adventum Domini.*
Vix ullus eſt, qui non ſe vere putet deſiderare Chriſtum, & vix ullus eſt qui Eum verè deſideret. 15
FERIA 6. *De Sanctiſsima Virgine Maria Matre D. N. Ieſu Chriſti.*
Sicut omnis à Maria reſpectus, impoſſibile eſt ut pereat: ita omnis ab ea deſpectus, neceſſe eſt ut intereat. 17
SABBATO. *De S. Ioſepho, Sponſo Virginis Matris. Ad illud Gen. 41. Ite ad Ioſeph.*
Melius itur ad Sanctum Joſeph, imitatione virtutis ejus quàm laude. 19


****

DOMI-

## DOMINICA SECUNDA ADVENTUS.
### *Ad Evangelium de S. Ioanne Baptiſta laudato à Chriſto Domino, quòd eſſet propheta & plus quam propheta.*


Hoc eſt verè laudabile, laudari ab officio. pag. 21

*Ad hæc Verba, Ioannes in vinculis.*

Liberior & beatior eſt Ioannes in vinculis quàm Herodes in epulis. 23

Multi cum Herode Ioannem in vinculis tenent. 24

*Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.*

Sicut ſcandalizans, ita peccat ſcandalizatus. 25

*Hac hebdomade conſideratur Annuntiatio Angelica, ubi ſex gradus humilitats annotantur.*

FERIA 2. *De primo gradu humilitatis, qui ex his verbis ducitur:* Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo.

Nulla re homo quantumvis glorioſa, gloriari poteſt. 27

FERIA 3. *De ſecundo humilitatis gradu, ad hæc Angeli verba:* Ave gratia plena Dominus tecum.

Nulla res eſt in humanis verè glorioſa. 28

FERIA 4. *De tertio humilitatis gradu, qui apparet in turbata virgine ad laudes ſuas.*

Ad laudes noſtras, tremere potius convenit, quàm exultare. 30

FERIA 5. *De quarto humilitatis gradu, conſiderando in his Mariæ ad Angelum verbis,* Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco.

Humilitas ita pugnat cum honoribus, ut non repugnet obedientiæ. 32

FERIA 6. *De quinto humilitatis gradu, qui eſt maximè proprius Beatiſſimæ Virgini dicenti ſe ancillam Domini.*

Quò quis eſt major, eò & humilior. 34

SABBATO. *De ſexto humilitatis gradu in Verbo Incarnato.*

Se anteponit Chriſto, qui ſe omnibus non poſtponit. 35


## DOMINICA TERTIA ADVENTUS.
### *Teſtimonium S. Ioannis Baptiſtæ de Chriſto Domino.*


Quàm benè de Chriſto humilis, tam malè meretur arrogans. 38

*Ad hæc Evangelii verba.* Tu quis es?


Tres

Tres hominum ſtatus ad perfectionem tendentium, his tribus verbis, Tu QUIS ES? eò valde promoventur. 40

*Ego vox clamantis in deſerto.*

Vox clamantis in deſerto poſt peccatum, peccati conſcientia peccatori audienda. 41

*Hac hebdomade conſideratur Verbum Incarnatum reſidens in utero Virginis Matris. Varii ejus ſtatus ſub numero ſeptenario ſigillatim in dies recenſentur. Vnde Veritates Practica ad Amoris Divini gradus & effectus pernoſcendos eruuntur.*

FERIA 2. *Septem præcipui tituli quibus Chriſtus Dominus dignoſci poteſt.*

Affectu potius quàm ſtudio Chriſtus cognoſcitur. 43

FERIA 3. *Septem ſingulares perfectiones Verbi Incarnati reſidentis in utero Virginis Matris, quæ ſingularem à nobis dilectionem exigunt.*

Aurum ignitum eſt amor Chriſti, in quo non tam ardor quàm puritas quæritur. 45

FERIA 4. *Septem donorum Spiritus ſancti plenitudo in Verbo Incarnato.*

Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus. 47

FERIA 5. *Septem ordinariæ infirmitateſ infantium, quas in utero pati voluit verbum Incarnatum*

Non vivitur in amore Chriſti, ſine dolore. 49

FERIA 6. *Septem virtutes quas Chriſtus Dominus in utero Virginis Matris exercuit.*

Nunquam eſt Dei amor otioſus. 51

SABBATO. *Septem virtutes præcipuæ in cultum & amorem verbi Incarnati exhibendæ.*

Amor non niſi amore compenſatur. 53

---

## *DOMINICA QUARTA ADVENTUS, & tota ſequenti hebdomada: De præparatione ad gratias Naſcentis Chriſti Domini recipiendas: Iuxta illud Evangelii,* Parate viam Domini. *Iſta præparatio fit per virtutes & veritates oppoſitas ſeptem capitalibus vitiis. Ac primùm hodie de Temperantia quæ opponitur vitio gulæ, ſeu vitæ laxiori, & quæ ſatis evidenter apparet in S. Ioanne Baptiſta commorante in deſerto & pœnitentiam prædicante.*

Sibi, non Domino vivit, qui temperatè non vivit. 56

Licet omni peccatori ſit neceſſariò pœnitendum: vix tamen ullus eſt, qui neceſſariam agat pœnitentiam. 58

*Erunt prava in directa & aſpera in vias planas.*
Sic facta ſunt aſpera in vias planas, ut tam jucundè per aſpera, quàm per plana vivamus. 60
Majus eſt Chriſti beneficium, amaritudines nobis reliquiſſe amabiles, quàm nullas nobis reliquiſſe. 61
Aut non amatur Chriſtus, aut amatur aſperitas. *ibid.*
Cui nimis adhuc durum videtur pati pro Chriſto, nimis etiam durum videtur amare Chriſtum. 62
*In propria venit, & ſui eum non receperunt.*
Non minus modo quàm olim Chriſtus in propria venit, nec ſui magis eum recipiunt. 63
FERIA 2. *De diligentia ſeu devotione quæ eſt oppoſita vitio Acediæ, & quæ apparet in B. Virgine, abeunte in montana cum feſtinatione.*
Quicquid offerendum Deo ſciet vera Devotio, differre neſciet. 65
FERIA 3. *De Charitate quæ eſt oppoſita vitio invidiæ: Et quæ apparet in B. Virgine ſalutante cognatam ſuam Eliſabeth.*
Charitas alienis bonis gaudet ut propriis. 67.
FERIA 4. *De humilitate quæ eſt oppoſita ſuperbiæ: Et quæ apparet in his S. Mariæ verbis:* Magnificat anima mea Dominum.
Quantò ſe humilis minorem facit, tantò magis magnificat Deum. 69
FERIA 5. *De Virtute quæ eſt oppoſita vitio Avaritiæ. Ad hæc Virginis Matris verba,* Eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes.
Omnis copia quæ Deus non eſt, egeſtas cenſenda eſt. 71
FERIA 6. *De Caſtitatis cuſtodia, exemplo ſanctiſsimæ Virginis, quæ ante partum Eliſabeth reverſa eſt in domum ſuam.*
Securior eſt caſtitatis victoria fugiendo, quàm pugnando. 73
SABBATO. *Et in vigilia Nativitatis. De Manſuetudine quæ eſt iræ oppoſita, & quæ in ſancto Ioſepho clarè elucet.*
Manſuetudo parat hoſpitium Chriſto venturo. 75
*In nocte Nativitatis Domini.* Et reclinavit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diverſorio.
Aut Chriſtus fallitur, aut mundus errat. 77
*In die Natalis Domini.* Magnificatus eſt Rex pacificus ſuper omnes Reges univerſæ terræ.
Chriſtus in præſepi, & Chriſtianus in humilitate, magis magnificatus eſt quàm Salomon in throno ſuo. 79
*In Feſto S. Stephani.* Stephanus plenus Gratia & fortitudine, *&c.*
Injuriam infert gratiæ maximam, qui pro ferenda injuria non certat fortiter. 82
*In Feſto S. Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtæ.* Diſcipulus quem diligebat JESUS.
Qui diligit cordis munditiem, habebit amicum Regem. *Prov. 22.* 84
*In Feſto SS. Innocentium.* Herodes iratus occidit omnes pueros qui erant in Bethleem.
Inimici noſtri magis prodeſſe poſſunt odio, quàm profuiſſent obſequio. 86

DOMINICA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in Reſurrectionem multorum in Iſrael.*


Vel novus homo Chriſtus, veteris noſtri hominis eſt ruina: vel vetus noſter homo ruina eſt naſcentis hominis. Alteruter alterius eſt ruina. 88

*Triduo ſequenti de Paſtoribus.*

DIE 29. DECEMBRIS. *De celeri paſtorum profectione ad præſepe Domini.*

Sicut diſcurſum noſtri intellectus ſtatim ſequi debet affectus voluntatis; ita & affectum effectus ſeu exequutio. 89

DIE 30. DECEMBRIS. *De ingreſſu paſtorum in locum ubi natus eſt Dominus.*

Cum ſimplicibus ſermocinatio eius, ſeu familiaris communicatio. *Prov.* 3. 91.

DIE 31. DECEMBRIS *De reditu paſtorum & relatione eorum quæ audierunt & viderunt.*

Ne quid nimis, aut quid minus cum proximo. 93

DIE 1. IANVARII, ET ANNI. *In Circumciſione Domini. De nomine Ieſu, & de pura intentione renovanda.*

De pretio Nominis JESU, tantò plus circumciditur & nobis deperit; quantò minùs perfectè nos circumcidimus. 95

Diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. 2.*Tim.*2. 98

Quanta eſt modò nobis obligatio ad non ſuſcipiendam circumciſionem legalem, tanta eſt ad ſuſcipiendam ſpiritualem. 99

*Triduo ſequenti. De tribus puræ intentionis conditionibus, quæ ex effectis antiquæ circumciſionis eruuntur.*

DIE 2. IANVARII. *Quæ eſt Octava S. Stephani, de prima conditione puræ intentionis ut ſit pura à peccato:*

Non ſunt facienda mala ut eveniant bona. 101

DIE 3. IANVARII. *Quæ eſt Octava S. Ioannis Evang. De ſecunda conditione puræ intentionis, ut ſtudium continuum reprimendæ concupiſcentiæ comprehendat.*

Totius diffìcultatis de pura intentione ſolutio, ſtudium eſt continuum reprimendæ concupiſcentiæ. 103

DIE 4. IANVARII. *Quæ eſt Octava SS. Innocentium. De tertia conditione puræ intentionis, ut ſit univerſim in omnibus.*

Aut nullam vitæ partem, aut totam Deo debes. 106

DIE 5. IANVARII. *Quæ eſt Vigilia Epiphaniæ. De ſtella tribus magis apparente.*

Dum lucet, ambulandum; ne tenebræ fiant. 108

DIE 6. IANVARII. *In Epiphania Domini. De Chriſto Rege à Magis adorato cum oblatis muneribus.*

Non niſi tribus oblatis concupiſcentiis Rex Chriſtus re agnoſcitur. 110

Non à magno Regno Rex magnus, Chriſtus ita eſt prædicandus, quàm à magno Rege, magnum eius Regnum, 112

*Quocumque die ſequentium occurrat Dominica prima poſt Epiphaniam, habetur infrà, die 12. propria eius meditatio.*
DIE 7. IANVARII. *De reditu Magorum in patriam ſuam, per aliam viam.*
Non aliud, ſed aliter. 115
DIE 8. IANVARII. *De præſentatione pueri Ieſu in templo, & Purificatione Virginis Matris.*
Non quid liceat, ſed quid magis expediat. 117
DIE 9. IANVARII. *De occurſu Simeonis in templo, & de iis quæ ventura Chriſto ac Virgini Matri prædixit.*
In pace amaritudo, & pax in amaritudine. 119
DIE 10. IANVARII. *De fuga ſancti Ioſeph in Ægyptum.*
Non contriſtabit juſtum quicquid ei acciderit. *Prov. 12.* 120
DIE 11. IANVARII. *De reditu ab Ægypto in Nazareth.*
Meliore rerum ſtatu non magis gaudet juſtus, quàm deteriore doluit. 122
DIE 12. IANVARII. *De Triduana commoratione pueri Ieſu duodennis in templo.*
Senſitivæ devotionis ſubtractio, veræ & ſolidæ devotionis eſt probatio. 124
Nemo jam Chriſtum amittit, niſi qui dimittit. 126
Nemo tibi Chriſtum auferre poteſt, niſi te illi auferas. *ibid.*
EODEM DIE, *De manſione Nazarethana & ſubjectione D. Ieſu, uſque ad annum trigeſimum.*
Niſi te ſubdas Deo, Deum tibi ſubdis. *ibid.*
DIE 13. IANVARII. *Quæ eſt Octava Epiphaniæ. De Baptiſmo Chriſti D.*
Exemplo ſuo Chriſtus nos magis urget quàm Imperio. 128
*Quocumque deinceps die occurrat Dominica 2. poſt Epiphaniam, illi ſtandum, prætermiſsis aliis antecedentibus Feriis.*
DIE 14. IANVARII. *De ſolitudine Chriſti D. per quadraginta dies in deſerto.*
Nemo ſecurè apparet, niſi qui libenter latet. 130
Nemo ſecurè loquitur, niſi qui libenter tacet. *ibid.*
DIE 15. IANVARII. *De tentationibus Domini.*
Nemo periculosè magis tentatur, quàm qui ſe non putat tentatum. 132
DIE 16. IANVARII. *Ad hæc S. Ioannis de Chriſto D.* Ecce Agnus Dei, *&c.*
Injurioſum eſt Chriſto, Agno Dei, ſi nulli quidem velis inferre injuriam, nolis tamen illatam ferre. 134
DIE 17. IANVARII. *Ad hæc primorum Chriſti D. Diſcipulorum verba,* Magiſter ubi habitas?
Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare. 136
DIE 18. IANVARII. *De Chriſto Domino communicato, ſeu de convocatis aliis ad ipſum Diſcipulis.*
Nemo magis ſibi Chriſtum ſervat, quàm qui minus ſibi ſoli ſervat. 138
Nemo minus ſibi Chriſtum ſervat, quàm qui magis ſibi ſoli ſervat. *ibid.*
DIE 19. IANVARII. *Ad hæc Chriſti D. de Nathanaele verba,* Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt?
Veras virtutes magis times quàm amas. 140



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DOMINICA 2. POST EPIPHANIAM,
## De aqua in vinum mutata, à Chriſto D. ad nuptias invitato.

Si vis quod non habes, da quod habes. 142
Sicut in triſtibus, ſic in lætis; ſicut in adverſis, ita in proſperis, advocandus eſt Ieſus. 144
Non eſt magis fidendum humano gaudio quàm homini mentienti. 145
*Hac hebdomade qua diverſa occurrunt ex Evangelica ſerie conſideranda, eò præcipuè tendunt, ut affectus humanos ratione & gratia diſcamus regere.*
FERIA 2. *De prima Chriſti D. prædicatione, in Civitate Nazareth habita, & à civibus malè accepta.*
Si ad humanam gratiam divina poſtulas; divinam ipſam repellis gratiam. 146
FERIA 3. *De altera vocatione Apoſtolorum.*
Magis tenemur omnes affectu noſtra relinquere, quàm effectu Apoſtoli. 147
FERIA 4. *De dæmone immundo eiecto ab homine.*
Non tam à dæmone quantumvis immundo, immunda fit anima, quàm à ſeipſa. 149
FERIA 5. *De ſocru Petri febricitante & ſanata à Chriſto D.*
Febris animi longè periculoſior, quam febris corporis, corpori. 151
FERIA 6. *De prædicationibus Domini univerſim conſideratis.*
Si quid nos revocat à Doctrina Chriſti, vel ob id maxime recipienda eſt. 152
SABBATO. *De his Petri verbis ad Dominum*: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.
Niſi diligenter advertas, ſtulto labore conſumeris. 154

# DOMINICA 3. POST EPIPHANIAM,
## De leproſo mundato.

Non dixeris, per Deum abeſt. *Eccleſi. 15.* 157
Pleræque aliæ veritates ad idem Evangelium referuntur. 158
*Hac hebdomade juxta verbum Domini ad leproſum, VADE, OSTENDE TE SACERDOTI, &c. ſex referuntur, de quibus conveniendus eſt unicuique ſacerdos vel director.*
FERIA 2. *De adeundo ſacerdote ſeu directore pro ſana & recta conſcientia in dubiis ſibi formanda.*
Multorum eſt conſcientia cauteriata & perverſa, niſi ſe ſinant dirigi. 160
FERIA 3. *De recurſu ad ſacerdotem pro rite obeunda confeſſione.*

Quod

Quod magis confert ad faciendam confeſſionem, minùs efficitur, niſi cum ſacerdote prius conferatur. 162
FERIA 4. *De neceßitate currendi ad Sacerdotes pro remediis ſpiritualibus.*
Ne dicas ſufficiens mihi ſum. *Eccleſi.* 11. 164
FERIA 5. *De conſulendo Sacerdote pro bonis operibus faciendis.*
Grande malum propria voluntas, quæ ſe in bono benè faciendo non ſinit dirigi. 166
FERIA 6. *De ſinceritate qua requiri debet Sacerdos ad participanda ejus ſacrificia, ſive ad quidvis aliud cum ipſo communicandum.*
Væ duplici corde. *Eccleſi.* 2. 168
SABBATO. *De conveniendo ſacerdote pro debito uſu ſacræ communionis.*
Suam ille veſtem nuptialem recuſat induere, qui recuſat inſtrui de debito Sacramenti uſu. 171

## *DOMINICA 4. POST EPIPHANIAM.*
## *De ſedata maris tempeſtate, imperio Chriſti.*

Non quia mala ſunt, perturbamur in adverſis: ſed quia perturbamur, adverſa mala ſunt. 175
*Domine ſalva nos, perimus.*
Peregrinantis in corpore animæ majus eſt periculum, quàm periclitantis in navi corporis. 176
Deſignantur & alia quædam opportuna huic Evangelio. 177
*Hac hebdomade, in hiſtoria paralytici ſanati apud Capharnaum conſideratur progreſſus quidam vitæ ſpiritualis per tres perfectionis acquirendæ vias.*
FERIA 2. *De paralytico ſummiſſo per tegulas in conſpectum Domini; & de primo vitæ purgativæ gradu, quo impedimenta perfectionis quantocyus perfringuntur.*
Quo longiùs differes, difficultatem longiùs tolles. 178
FERIA 3. *De remiſsis paralytico peccatis: & de rationabili ſollicitudine circa noſtrorum remiſſionem.*
Sicut non eſt habenda ſollicitudo anxia & ſcrupuloſa de peccatis remiſsis, ita rationabilis non eſt deponenda. 180
FERIA 4. *De cogitationibus phariſæorum detectis à Chriſto D. & de noſtris ad virtutem perfectè dirigendis.*
Niſi, quod monet Sapiens, omni cuſtodia ſerves cor tuum, non omnino ſervas. 183
FERIA 5. *De integra ſanitate paralytici portantis lectum à quo portabatur: & de noſtro progreſſu ſpirituali qui in eo figuratur.*
Tantùm proficies, quantùm à te deficies. 185
FERIA 6. *De perfecta paralytici obedientia: & de ea quæ dicitur obedientia charitatis, quæ perfectam cum Deo facit unionem.*
Eſt quidem certum in charitate unionem eſſe perfectionis; ſed non eſt certò dicenda hæc Charitas neque hæc unio, niſi in obedientia quæ dicitur Charitatis. 188


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SABBATO. *De magnificato poſt miraculum, ab omnibus, Deo: & à nobis ſemper magnificando in omnibus.*
Si non ſemper, nunquam magnificas Deum. 190

## *DOMINICA 5. POST EPIPHANIAM. De zizaniis in medio tritici ſeminatis, quæ Chriſtus ipſe Dominus declaravit eſſe malos hic viventes inter bonos.*

Sicut non ſunt amanda vitia propter amicos homines: ſic non ſunt odio habendi homines propter eorum vitia. 192
Multæ aliæ veritates ad idem ſpectantes Evangelium indicantur. 194
*Hac hebdomade occurrit conſideranda vocatio S. Matthæi Apoſtoli, unde eruuntur ſex veritates, quæ ſpectant ad ſingularem uniuſcuiuſque vocationis ſtatum, ut in eo ſuæ ſaluti & perfectioni commodè vacet.*
FERIA 2. *De S. Mathæi noſtraque vocatione, in qua eſt ſalutis noſtræ ſumma.*
Salutis animæ nulla eſt certior certitudo, quàm in certo vocationis gradu attingendo. 196
FERIA 3. *De gratitudine animi pro beneficio vocationis.*
Gratitudo animi nulla formari poteſt digna beneficio vocationis, niſi ſe animus dignè conformet vocationi. 199
FERIA 4. *De perfecta mortificatione ſecundum propriam cuiuſque vocationem.*
Non eſt minus perfectæ mortificationis, bene uti rebus, quàm omnino non uti. 201
FERIA 5. *De bono ſenſuum ſeu ſenſualium uſu, ex propria cuiuſque vocatione.*
Si quid interdum ſenſibus licitè indulgetur; non ut ſenſuale eſt, ſed ut eſt licitum, accipiendum eſt. 203
FERIA 6. *De præparatione animi ad qualibet adverſa, in vocatione, ferenda.*
Niſi probè paratus ſis ad adverſa, nec ad ipſa proſpera benè paratus es. 205
SABBATO. *De puritate & excellentia Chriſtianæ religionis in quocumque vivendi ſtatu.*
Sicut à veteri lege, ſic à veteri homine, unicuique Chriſtiano eſt abſtinendum. 208

## *DOMINICA 6. POST EPIPHANIAM. Parabolæ grani ſinapis & fermenti, quibus veritates Evangelicæ deſignantur.*

Quò tibi veritates Evangelicæ minùs dignæ apparent, quæ conſiderentur; hoc ipſo magis ſunt conſiderandæ. 211



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Huic affines & Evangelio conformes aliæ producuntur veritates. 213

*Hac hebdomade Myſteria quæ occurrunt conſideranda continent ſex Chriſti D. titulos ſeu qualitates conſideratione digniſſimas.*

FERIA 2. *De primo Domini in templum ingreſſu, unde ejicit vendentes, & ubi ſe oſtendit ſummum Dominum.*

Quantò minùs murmuramus, aut omnino tacemus flagellati à Domino, tantò altiùs altiſſimum ejus Dominium prædicamus. 214

FERIA 3. *De Colloquio Nicodemi cum Domino Ieſu, qui ſe tum verè Magiſtrum exhibuit.*

Qui non renuntiat omnibus, non poteſt eſſe Chriſti diſcipulus. 216

FERIA 4. *De accuſatis à Phariſæis Apoſtolis, quos Chriſtus Dominus, ut ſupremus Iudex abſolvit, & accuſantes condemnat.*

Qui nimis humana timet judicia, non ſatis reveretur divina. 218

FERIA 5. *De ſanitate reſtituta omnibus ad Chriſtum accedentibus, qui ſe Medicum animarum æquè ac corporum fecit.*

Fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi: quòd gravius in te eſt malum, hoc minus vis ſanari. 220

FERIA 6. *De producto ab Evangeliſta, Prophetæ teſtimonio, in quo Dominus, electus Dei ſervus declaratur.*

In parvis, major eſt ſervi Dei fidelitas. 222

SABBATO. *Ad hæc S. Ioannis Baptiſtæ verba, de Chriſto D.* Qui habet *ſponſam, ſponſus eſt.*

Hæc ſponſæ fides eſt, ut ſicut neminem præter ſponſum velit diligere, ita velit à nullo diligi. 225

DIE 30. NOVEMBRIS. *In Feſto S. Andreæ Apoſtoli, ad hæc ejus verba.* O bona Crux.

Crux non eſſet bona, niſi bonum eſſet cruciari. 228

DIE 2. DECEMBRIS. *De S. Franciſco Xaverio Societatis Ieſu, Indiarum Apoſtolo, ad hæc ejus verba cùm ageretur de bonis ſenſibilibus abſtinendis:* Satis eſt Domine, ſatis eſt. *Et cùm de malis ſuſtinendis.* Amplius, amplius.

Hæc ſunt Apoſtolatûs & perfectioris vitæ duo ſigna certiora, velle abſtinere libenter ab omnibus bonis, & omnia mala ſuſtinere. 230

DIE 6. DECEMBRIS. *In Feſto S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris.* Domine quinque talenta tradidiſti mihi, *&c.*

Nunquam meliùs ſibi providet fidelis Dei ſervus, quàm ſi nihil ſibi retinens, totum ſe Domino, ſuaque omnia conſecret. 235

DIE 8. DECEMBRIS. *In Feſto Conceptionis B. Mariæ Virginis.*

Conceptio ſine macula, non poteſt verè coli cum macula. *Vel ſic.*

Prævaricatorem eſſe oportet qui Conceptionem ſine macula, colat cum macula. 238

*Non intrabit in eam aliquod coinquinatum.* Apoc. 21. 240

Aut puritatem Beatiſſimæ Virginis neget impurus, aut concedat ſe abnegatum à tam pura Virgine. 241

Nemo amans impuritatis amat Beatam Virginem. 242

Quam

Quam in ſe amat Beata Virgo puritatem, in nobis amat; & quam in ſe odit impuritatem, in nobis odit. *ibid.*

*Sicut Lilium inter ſpinas, &c.*

Quod ſis tanquam ſpina natus, poteſt quidem Beata Virgo compati; ſed quòd modò tanquam ſpina vivas inter lilia, non poteſt pati. 243

*Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Pſal. 33.

Quem docet Virgo timorem Domini tantò meliùs concipitur, quantò meliùs edocetur Immaculata eius Conceptio. 244

*Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram.* Prov. 8.

Periculum in mora: *Quâ* quis videlicet moratur colere Beatam Virginem. 247

DIE 21. DECEMBRIS. *In Feſto S. Thomæ Apoſtoli; Affer manum tuam & mitte in latus meum, &c.*

Ex vulnere remedium. 249

Proponuntur complures aliæ veritates. 251

DIE 25. IANVARII. *In Feſto Converſionis S. Pauli Apoſtoli;* Domine *quid me vis facere?*

Sicut frequenter dicendum cum Davide, Dixi nunc cœpi; ſic ſimul cum Apoſtolo, Domine quid me vis facere? 252

DIE 2. FEBRVARII. *In Feſto Purificationis B. Mariæ Virginis. Nihil excuſavit cùm multa potuiſſet quæ Virgo erat & Mater: ac proinde contra excuſationes exemplum eſt luculentiſſimum. Triplex autem earum eſt genus: Primum à dignitate vel conditione perſonæ petitur. Contrà verò.*

Indignum ſua dignitate ſe ipſe profert, qui dignitatem ſuam legi præfert. 255

*Secundò contra excuſantes aliquid difficilius.*

Qui à lege excludit aliquid, excludit à ſe totam legem. *ibid.*

*Tertiò contra eos qui culpam referunt tempori.*

Qui culpam refert tempori, pœnæ tempus non aufert. 256

*De purificandis affectibus.*

Qui ſe hodie non purificat, ſe magis inquinat. 257

Hæc eſt magis aut minus puræ mentis nota certior; velle magis aut minus purificari. 259

*Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Luc. 2.

Doloris gladium animæ Virginis acerbiorem infert vita peccatoris, quàm mors filii. *ibid.*

*Communes omnibus ſanctis Veritates, præterquam Apoſtolis & Evangeliſtis, quorum ſunt ſingulares propriæ.*

*De ſanctis Martyribus.*

Sicut martyrio vita naturalis, ſic mortificatione vita ſenſualis; *Id eſt*, ſicut ne pereat fides, perdenda eſt martyrio vita naturalis: ſic ne pereat fidelitas, perdenda eſt mortificatione vita ſenſualis. 261

*De ſanctis Confeſſoribus Pontificibus.* Non eſt inventus ſimilis illi qui conſervaret legem Excelſi.

Et communia ſingulariter, & ſingularia communiter. 363

*De ſanctis Doctoribus.*

Sic cavendum ne ſcientia præferatur Virtuti, ut tamen ſcientia non negligatur. 265

*De ſanctis Confeſſoribus non Pontificibus.* Sint lucernæ Ardentes in manibus veſtris.
Quantùm cuique eſt vigilantiæ, tantùm virtutis & meriti. 267
*De ſanctis Fundatoribus Religioſi Ordinis.*
Virtutum Patris Noſtri gratia non tam ſermonibus exprimenda, quàm operibus comprobanda. 269
*De ſanctis Virginibus.* Prudentes *acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.*
Virgo ſponſa Chriſti, aut eſt vigilans ad integram perfectionem, aut non eſt prudens. 271
*De ſanctis non Virginibus.* Mulierem *fortem quis inveniet?*
Qua ratione difficile eſt Mulierem fortem invenire, eadem facile eſt inventam prædicare. 273
*In Dedicatione Eccleſiæ.*
In loco ſacro non pavere, pavendum eſt. 275
Ad ſacrum locum ſicut ad Sacramentum. *Iuxta* illud Eccleſiaſtici officii: *Locus iſte à Deo factus eſt, inæſtimabile Sacramentum, irreprehenſibilis eſt.* 280